

contingit, de arbit. c. 2. de consecratione Eccles. vel alte. Gonzal. in reg. de reser. gloss. 18. n. 9. juxta ea quæ adducit Covar. in practi. q. cap. 36. n. 5. versiculo tertio opportunitè queritur, sed præcepta negativa magis digniora sunt affirmatiyis, cùm potentius & efficacius obligent, & magis præcisè adstringant, quād præcepta affirmativa, ut tenet Archidiac. in c. si peccaverit 2. q. 1. quem sequitur Panormitan. in cap. novit. col. 12. vers. secundo queritur, an quilibet, de judicis, & quod scribit Raph. Fulgo. in l. jurisgentium, §. sed si fraudandi, per gloss. ibi, ff. de pæctis, & quod notatur in c. ut circa, de electione, in 6. & per Bart. in l. pluribus, ff. de legat. 2. & est text. in l. si servit ff. de servit. urbanorum prediorum.

11 Quibus accedit, quod qualitas major, & potentior præponderat, & dominatur, ut latè per Hierony. Gonzales ubi suprà, n. 15. cum seqq. & major pars prædominans, magis attenditur, l. queritur, ff. de statu hominum, argumento l. quod major ff. ad municipalem, l. sed & si rem, §. l. quidquid, §. fin. ff. de acquirendo rerum domi. & quia res diversa qualitatis semper à potentiori de nominatur, text. in d. l. queritur. Jaf. in l. in princ. n. 21. ff. de verborum oblig. Roland. à Valle consil. 23. ex n. 26. vol. 1. ubi ex Bald. & aliis dicit: quod feudum concessum ex gratia, & pecunia, si gratia præponderat pecunia soluta, dicitur gratia, & beneficium, qui alia ad

13 propositum trahit; ergo sententia debet prænominari à prohibitione, ut potentiori, & eam omnino inappellabilem, & prohibitivam reddere, maximè cùm hac sit virtus qualitatis cuiusvis, quæ si adjecta sit rei, imitatur ejus naturam, cap. debito, c. cùm contingat, de jurejuran. l. quamvis. C. de pæctis. Rota dec. 32. n. 8. de prob. in antiq. Afflict. dec. 112. nu. 5. & dec. 248. nu. 8.

14 post plures, quos allegat Alexand. 8. consil. 19. num. 2. libr. 1. Brunus consil. 112. sub num. 6. Ruin. consil. 20. n. 7. lib. 1. eamque in diversam speciem reponit, l. jus civile ff. de just. & jure, ubi habetur, quod si jus positivū, addit juri naturali, facit illud definire jus naturale, & esse jus positivum & civile, l. 1. §. si quis simpliciter, versiculo cum additur, ff. de verb. oblig. ubi notat. Jaf.

15 n. 4. Bald. consil. 32. n. 8. lib. 1. l. questionum, §. illud ff. de legat. 3. l. 1. ff. de donatio. Abb. in c. consuluit, nu. 2. de Judais, Andr. Barb. in tract. de præstantia Card. parte 1. quæst. 1. num. 12. sequent. Natta consil. v. 39. num. 6. Aymon Graveta consil. 24. num. 54. Gozadi. consil. 84. num. 12. Gonzalez in regul. de mensis & alter. n. glos. 92. n. 8. cum sequenti. Pariter qualitas adveniens enti, reponit illud in diversam naturam cap. statutum, de elect. 16 in 6. Bart. Jaf. & ceteri in d. l. jus autem civile, de justitia & jure, Meno. de arbit. lib. 1. qu. 1. num. 13. cum sequentiib. qualitatem namque dicimus, quæ formam ostendit, ut bonitas, virtutum, &c. quas qualitates esse 17 diximus, l. certum, ubi gloss. & Doctores ff. si certum petat. & in l. stipula, cum l. sequenti de verbis obligat. & hanc qualitatem, naturam nostram aliquando appellant, Bald. l. etiam, Cod. de executione rei judi. ex quibus omnibus satis probatum est, appellatio à sententia, seu causis, diversam qualitatem habentibus, alia, quæ prohibet, altera, quæ permitit appellacionem, vim non fieri posse, si judex Ecclesiasticus nullo modo deferat.

18 Et quinto probatur, quia prohibitio alienationis in immobilibus, & permisso in mobilibus, cùm simul permiscentur in unum, prohibitio trahit ad se permissionem, & omnia censentur prohibita, ut tenet Cornel. consil. 236. diligenter, col. penult. vers. nec etiam obstat, junctis precedentibus libro 4. quapropter cùm tutori præhibitus sit, alienare bona immobilia sine decreto, & permisso mobilia, C. de pæcti. mi. per totum, & de rebus eorum, & pupillo deferatur hereditas, quæ est quædam universitas apta comprehendere mobilia, & immobilia: non potest sine decreto repudiare, & reperiatur eadem solemitas ex natura propria aptitudinis, ut ad verbum scribit Bald. in l. bonorū, in 3. q. C. qui admittit,

ex Bart. in l. tutor, ff. de bonorum posses, de quo etiam per Cornel. suprà alias relat. consil. 11. hic lib. 3, ergo prohibitio omnino alterat naturam permissionis, si in unum concurrant.

Quæ pars fortior, & evidentior redditur; maximè 21 cùm ipsa sententia non queat dividii, ad hoc ut pro parte admittatur appellatio, & partim rejiciatur, quia sententia est individua, secundum Bart. in l. 1. circa medium, C. si in communi, eademque causa integr. restit. & in l. 1. si unus ex pluribus appellat. idem in l. 1. C. si adversus rem judi. in prima col. & Bertachi. in reperto verbo sententia 22 prima, n. 10. & ideo dici solet, sententiam non posse pro parte valere, & pro parte non valere, text. expressus in l. in hoc iudicio, ibi, quia non potest ex uno, eodemque iudicio, res judicata in parte valere, in parte non valere, ff. familia ericunda, & faciunt quæ adducit Tiraq. de uroque retract. ad fin. n. 144.

Probatur deinde, quia una & eadem res non potest 23 diverso iure censeri, l. cum qui ades ff. de uscapi. l. 1. versiculo nec ratio patitur, ff. de rerum permutatione, l. pater, §. si servus, ff. de castrensi perculio, c. cognoscimus, in fin. 12. q. 2. de electione, l. jam hoc iure ff. de vulgari & pupi. l. Titia. ff. de conditio. & demonstr. & multò minus poterit dupli, & contrario iure censeri: quia unum & idem non quic contrarios effectus operari, l. ius nostrum, 24 ff. de regul. juris, l. 1. C. de lati. lib. tol. c. si quis cum in agriculturæ, 58. distinct. c. 2. versic. sed adhuc. & ibi gl. verbo incomparabili de Baptismo, sed ab una, eademque sententia admittere appellationem, & rejicere contrarium, est minimè admittendum.

Et hanc partem sequi videtur Papien. in forma libel. 25 li quo agi. de turba posses. col. 2. & Alex. in consil. 82. column. 1. ad fin. quos refert Egid. Bos. in tr. de variis crimi. tit. de appellat. n. 8. cum seqq. ubi dicit, quod stante statuto prohibente appellationem in causis criminalibus, (Supposita tamen vera, atque vulgari doctrina, de qua per Doctores passim: causam, cui imponitur pena) 26 applicata pœna, dici criminalē, non ci-vilem) idē in sententia, quis ad pecuniam condenetur, partim parti applicata litiganti, partim vero fisco, tunc in totum (affirmat Bossius ubi proxime) appellationem non prohibitam esse, ex eo, quia magis potens trahit ad se minus potens, ex d. l. cum queritur, de statu hominum, quos in nostris terminis loqui patet, & idem probant Alex. consil. 123. n. 2. volum. 5. Bald. consil. 141. versic. illud & in omnibus, l. 1. Franch. in c. si duobus num. 7. de appellatio. Capicus decif. 34. vers. judex, Michel dec. 34. & decif. 7. Veral. decif. 131. p. 2. Marq. 27 de commissio. p. 1. c. 21. num. 65. fol. 239. qui dicunt, quod si ab uno capitulo denegetur appellatione, tamen extante unione & connexitate alterius, multoties permittitur appellatione ab utroque ratione mixtura, de quo inferius, a n. 88. cum seqq.

Contrairem tamen opinionem, imò appellationi 28 sententia diversam qualitatem habente; appellationis prohibitivam, & permisivam, penitus & in totum deferendum esse non minus fortia, ingentia, & indissolubilia fundamenta urgent, pro qua & primò expendo text. in c. super qu. §. si vero duo sunt, de off. & potestate judicis deleg. ubi dicitur, quod si duo sunt à Principe judices delegati cum clausula (appellatione remota) & unus impeditus alteri subdelegat causam (nam cùm generaliter in subdelegatum non transferatur d. clausula (appellatione remota) in ex §. nos autem ejusdem, c. super quæst.) pariter inquit text. non posse hunc judicem subdelegatum & delegatum à Principe appellatione postposita procedere, licet alias ut delegatus potuisse, ibi, quia quod potest ex sola jurisdictione sibi à Principe delegata, non potest cum jurisdictione sibi è condelegato commissa; (& ibi suprà ille nec potest, nec debet appellatione remota procedere, &c.) Ex quo evidenter probatur, quod quādo in eodem subiecto

concurrit

Geminia. in cap. statutum, §. cùm verò, per gloss. ibi in versiculo ejusdem civitatis, de script. in 6. dicens, quod ubi in persona unius resultat dispositio affirmativa, & respectu alterius prohibitiva, attendenda est dispositio affirmativa, quod verificationem dispositio principalis, & idem dicendum est, si hæc qualitates concurrant in diversis subiectis, ut per text. in l. si quis duos, 39 de liberatione legata, notat Jaf. ubi proximè, rationem reddens: quia qualitas permisiva tollit obstatum prohibitionis per glossam ibi, & quod in simili dicit Bartol. in l. si quis in gravi, §. fin. ff. ad Senat. consul. Silania, & leg. 3. §. si quis palam, de jure fisci.

Cui Bart. afferent in l. 3. in princip. per illum text. ff. de suscip. tutoribus, quod quando sunt duas regulæ alia permisiva, alia prohibitiva, potius attendit prohibitiva; quod sic ipse probat: Regula est, quod qui libet potest accusare tutorem de suspecto, l. 1. §. consequens, eodem titulo, & alia est quod libertus non potest 40 accusare patronum, l. qui accusare ff. de accusat. & hæc simul tutoris, & patroni concurrentes in eodem subiecto prohibitiva prævalet, ut ibi per eundem Bart. quem pro contraria parte retulimus: cui igitur Jaf. in d. §. veteres, respondet dicens, semper eum reprehendisse; nam ibi ideo id accidit, ex alio capite, scilicet quia istud de liberto est speciale; alia vero regula est generalis, & generi per speciem derogatur, l. luxorem, §. felicissimo, de legatis 3. cap. quamvis tibi, &c. diuidum, circa medium, de præbend. in 6. quibus etiam jungit, quod scribit Bald. in l. si quis decurio in ult. colum. per illum text. Cod. ad leg. Cornelii. de falsis, quem sequuntur Petrus de Anchara in comment. c. Canonum statuta, de constit. in versiculo quero de statuto, quo cæetur quod contra decretum, Alexand. in 100. consil. 3. vol. incipit ex inspectione autem dictorum statutorum, ad fin. affirmantes, quod si statutum disponent, quod contra advocationem non possit inquiri, quæ est regula prohibitiva, alius statutum disponat, quod contra militem possit inquiri, si aliquis fortè sit ad vocatus, & miles, si deliquerit, poterit adversus eum inquisiri, tanquam contra militem solum, & sic regula affirmativa sequatur, & prævaleat, Baldum etiam & sequaces comitatur Jaf. in d. §. veteres, d. l. 1. ff. de acquir. poss. nu. 7. versiculo limita ex eo quod notabiliter decidit. Bald. Rec. tit. in repet. l. boves, §. hoc sermone, limi. 7. n. 7. vocat notabilem tex. in d. l. 1. §. veteres, ad prædictorum doctrinam, inter quam & contrariam videtur esse in differenti: ergo eodem modo in casu præferti questionis affirmandum est, regula affirmativæ perimerit negativam, & prohibitivam.

Hanc partem, & opinionem non desunt auctores<sup>42</sup> qui in terminis nostris quætionis sequantur, & apprehendant, siquidem Bald. consil. 141. incipit præmissis, colum. ult. versiculo illud etiam non omitto, lib. 1. affimat, quod ubi duas causæ complicitæ sunt, & una admittenda, & idem etiam sentit ipse Bald. consil. 153. incipit. novum dubium l. 1. per quem dicit Meno. de recuper. poss. nu. 9. num. 32. 1. quod sic appellatur à sententia in possessorio, quando una simul cum possessionis, causa lata est sententia super restitutione factum, allegans ad hoc Bart. in l. creditor, §. iussus ff. de appellat. & Bald. in l. unica, Cod. si de moment. poss. fuerit appella. & alios, qui id non probant, ut protinus citabuntur.

Pro qua etiam facit, quod communiter tenent Doctores, quod cùm à possessorio non appellatur, ex l. unica, Cod. si de moment. poss. fuerit appella. à proprietate sic, ut est vulgare: at quando judicium possessoriū continet admixtam causam proprietatis, juxta l. si quis in tantam, Cod. unde vi quo casu concurrit regula prohibitiva, & affirmativa, tamen hæc attendit, & præpondet, adeo, ut etiam à possessorio appellatur, ita tenet gloss. in d. l. unica, in gloss. 2. & ibi Bart. Cynus, Butrius, Alberi. & communiter Doctores, Anton. Gomez. in l. 45. Tauri, n. 194. versiculo quod tamen notabiliter limita,

&

& alibi passim per Doctores, gloss. in d. l. si quis in tantam, quam communem testatur Ripa in cap. sape, col. ult. versiculo secunda fuit opini. Bald. conf. 141. premisis verbis ejusdem statuti, col. ult. versic. & prædicta facit, l. 1. & idem sentire videtur Federi de Senis conf. 77. Dominio auditori. in fin. clare Decius conf. 128. num. 2. versiculo hoc in simili probatur, Angel. in l. incerti, Cod. de interdictis, Socii, in tractatu fallentia, reg. 24. fallen. 10. Beroius in rubric. de judiciis. n. 51. vers. hinc etiam videamus, Menoch. de recip. poss. rem. 9. n. 316. cum seqq. & alibi passim. Cota in memorialibus, verbo mixtum, Benintend. decis. 79. Polido. Ripa in tract. de noctur. temp. c. 4. n. 96. & 97. & seqq.

44 In tanta Doctorum, opinionum, fundamentorum, & autoritatum varietate, quod ut ipsimet cognoscunt, adeo intricatae in hoc fuisse loquitos articulo, ut vix quid certum sit, & juridicum, deducatur, quid dicendum? ergo subfesto: etenim utriusque partis argumenta multum anticipem, & dubiam admodum reddunt questionem propositam, quæ ex difficultioribus est, quæ in jure potest reperiri, cui nostra diligentia ex mente omnium, non contemnendam adapta juridicam distinctionem, per modum duplicitis regulæ cum suis declarationibus, seu limitationibus; quas totam hanc materiam exponere apparebit; enim verò aut diversitas qualitatum prohibitive, & permissivæ concurreat circa unum & idem, unam, & eandem causam inseparabilem, & indivisibilem, & tunc primam partem, & opinionem procedere, obtinere, & habere locum; ut in totum judex Ecclesiasticus queat, appellationi delationem negare, nullamque vim faciat omnino, sed iterum ipsi causam fore remittendam: aut verò diversitas qualitatum affirmativa, & prohibitive concurreat circa plures causas, res diversas, & separabiles, seu diversas, & separabilia capitula, & tunc dicendum verè puto, quod unaquæque qualitas in sua causa, vel re juxta suæ naturæ effectum operetur: ita ut qualitas negativa impediens appellationem, justificet sententiæ executionem, in illa causa tantum, seu capitulo, circa quod disponit: qualitas autem affirmativa circa suam causam, & capitulo sententiæ disponens, in illo tantum admittendam esse appellationem, cui si non deferatur, vim fieri monstrat, de quo distinctionis membro tractatur à num. 53. cum sequentibus.

45 De primo distinctionis membro, ad claritatem, exemplo, & rationem reddamus: tunc enim dicetur qualitatem diversitatem concurrere circa idem, atque eandem causam, quando scilicet, per aliquod statutum prohibetur, ut in causis criminalibus non appelletur, per aliud autem, ut in civilibus appellare liceat, condemnatur quis ad centum, partim fisco partim parti applicata, tunc in tota centum appellationem prohibitan censeri; quia tota est una, & eadem causa, ex doctrina, quæ ita intellecta vera est, Papiens. in forma libelli, quo agitur de turba posse, col. 2. Alexand. conf. 82. col. 1. ad finem, non ex rationibus, quibus ipsi moventur, sed ex relatis per nos in prima hujus questionis parte, & mox consignandis, quas si excogitaret Egid. 46 Boss. in tract. de variis criminibus de appella. poss. n. 8. vix contra illos resolvisset. Aliud ad idem exemplum, sit, ubi per unum statutum prohibetur advocato appellatione, & per aliud statutum militi permittatur, & aliquis sit miles, & advocatus, tunc prohibitive in totum attenditur, non affirmativa qualitas; quia diversitas ipsarum concurreat circa unum, & idem contra Bart. qui in simili circa inquisitionem contrarium firmat, Bal. dixit in l. si quis decurio, ulti. col. Cod. ad leg. Cornel. de falsis, quem sequitur Alexand. in conf. 100. 3. vol. incipit, ex inspectu anteriorum statutorum ad fin. quos suprà citavimus in posteriori parte questionis, ad fin. Et ut exemplis res fiat manifesta, aliud ponit, quod si in aliquo statuto clericus permittatur appellare, laicus

verò prohibeatur, & uterque rem habeat communem, pro qua conveniuntur, & condemnantur, prohibitus attenditur in totum, quia una, & eadem est causa, & res, super qua sola diversitas qualitatem concurreat, vel quando prohibetur appellare in actionibus personalibus & permittatur in tealibus, & quis utraque agat ad rem petendam: quia tunc eadem ratione id cogim dicendum, hæc doctrina potest exemplificari in alio casu per nos adducto infra, 3. p. cap. 1. per totum, &c in alio, de quo in d. 3. part. cap. 2.

Alia plura sunt exempla, quibus potuissemus verificare nostram doctrinam, quæ affirmamus, quando diversitas qualitatum affirmativa, & prohibitive concurreat circa unum, & idem inseparabile, & indivisibile, unam, & eandem causam, seu capitulum sententiæ, prohibitive attendi, quia cum tunc illo casu sententia sit individua, ex his quæ suprà ex Bartol. & Bartachi. diximus (non tamen quando plures sunt res diverse in sententia, & separabilia capita ejus, ut mox mons trabo) tunc, cum necessarium sit, ut una sola qualitas earundem tantum operetur, & effectum suum sortiatur: quia amba non possunt, quia esset monstruosum, ut unum, & idem circa seipsum diversum, seu adhuc contrarium operetur, contra text. in l. jus nostrum ff. de reguli juris. l. 1. §. 1. C. de lati. liber. cap. si quis cum in agritidine, 58. dist. c. 2. versic. sed adhuc, & ibi gloss. verbo in compassibilia, de baptism. & quia una, & eadem res non debet circa seipsum diverso jure censeri. l. em. qui ades, ff. de usucatio l. 1. vers. nec ratio petitur, ff. de revum permutatione. l. pater. §. si servus ff. de castrensi peculio, cum alii suprà, quas ante fin. prioris partis questionis ad diximus: tunc necessarium est, ut debilio qualitas cedat potentiori, juxta text. in l. generaliter 5. in ordine. ff. de fidejussion. & mandato; prout est negativa, cuius robur magis fortius, multoq[ue] potentius sit affirmativa, seu permissiva robore, juxta ea quæ suprà dixi ex Alberico & Paulo Caft. in l. hoc genus, ff. de conditio. & demonstratio. Philippo Decio in cap. nam concupiscentiam, de constitutio. col. 1. in 3. notab. præcipue in 3. & 4. fundamento prioris partis nostræ questionis, & in ceteris omnibus quæ locum habent, & procedunt in casu de quo loquimur, ad quem Doctores, & doct. inæ relatæ reducenda sunt.

Secundum autem distinctionis membro, nempe, quando diversitas qualitatum affirmativa, & prohibitive concurreat circa plures causas, & res separabiles, & diversas, seu separabilia sententiæ capitula: ut tunc unaquæque qualitas in sua re, vel causa juxta suam naturam effectum operetur, ita ut affirmativa in eo, quod disponit, in tantum faciat appellabile, prohibitive verò in suo prohibito locum habet tantum, ut est de mente Doctorum, quos citat Menoch. de recip. rem. 9. n. 317. qui cum Decio conf. 344. n. 3. versic. tertius causas, dixit l. Camelia Pia. ff. de jure patro. & cetera jura, quæ suprà citavi probant, sententiam esse dividunt, & tot esse sententias, quod ejus capita; dicit intelligi, & loqui, cum plura simul per copulam in sententiæ ponuntur, quæ re ipsa separationem ostendunt.

Facit quod in simili dicit Tiraquel. citandus, quando concurrunt mobilia, & immobilia in hereditate vendita, cum detur in illis retractus permisso, in istis retractus prohibitio, utraque qualitas tunc suo jure censetur, ut retractus pro immobilibus permittatur, pro mobilibus vero secus, ita post disputationem resolvit Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloss. n. 84. cum sequenti, argumento l. hereditatis, in fin. & ibi gloss. & Doctores, C. de petitione heredi. & ex eo, quod in simili voluit Bald. in ipso retractatu in tractatu promiscuus, col. ult. versic. item pone quod quis, & per alium similem Guill. Cu. in construct. Burdegalen. 12. de feidis, §. 24. ad quod bene facit text. in l. tutor, §. curator, ff. de minoribus. Et plures elegantes doctrinas mirifice comprobantes hoc membrum

membrum vide omnino infra, 3. p. 16. versic. examinemus nunc, à nu. 29. quas omnes hic applica, quia probant expressæ.

55 Pro quo magis in specie facit, quod in proposito dixit Rebuff. in tractatu de sententiis proviso. art. 3. gl. 7. n. 6. determinare Senatum, quod licet causa mercedis, & salarii non admittat appellationem (ut per nos latè infra 2. p. 3. ad fin.) si tamen quis fuerit condemnatus in una sententia ad salaryum, & ad aliam rem, quod in salaryo exequatur sententia, sed non quoad aliam rem infavorabile, sed postulantem appellationem, quod nota, quia est elegans doctrina in nostra opinione comprobationem.

56 Facit, quod Doctores dicunt in terminis, & remedio legis finalis Cod. de edito Divi Adriani tollen. in quo non admittitur appellatione ex infra citatis Doctoribus, & his, quæ suo loco probabimus, in quo nec interesse, nec fructus ullo modo veniunt, ut ibi dicemus, sed ad eos via ordinaria agendum est, si tamen lata fuerit sententia cum fructuum condemnatione, & restitutione, vel interesse, tunc enim non ratione possessionis (dicunt Doctores) admittendam esse appellationem, sed ratione fructuum, vel interesse, recipiendam esse, Doctorum magnus concursus affirmit, quæ doctrina originalis est Bald. in l. unica, C. si de mom. poss. fuerit appell. nu. 6. vers. sed pone, & n. 9. qui non est intelligendus, prout censur Salicet. ibi in fin. scribens ratione fructuum licere etiam appellare à possessorio, sed solum dixit appellari posse à sententia restitutio fructuum, ut ejus ratio demonstrat, prout declarat Menoch. cunctus statim. Quo circa dicendum est, à sententia lata in judicio possessorio cum fructuum, vel interesse restitutione, possit respectu fructuum, vel interesse appellari, non autem respectu possessionis, ita Bald. intellectus. Afflictis decis. 77. ad finem. clarissima Ripa in c. sape, colum. ulti. versic. propter hoc restitutio spolia. Rolandus à Valle conf. 87. nu. 1. 3. lib. 2. ita etiam Bald. interpretati sunt doctissimus Covarr. in practicis quest. cap. 23. num. 8. vers. idem erit quod, Franciscus Sarmien. in tract. de redditibus Ecc. es. 3. part. cap. 2. nu. 28. quo loci recte reprehendit Augustinus Beroium in suis quod. qu. 91. num. 4. quem reddidit Bald. prout a loco scriptis licere appellare etiam ratione possessionis, quod causa mixta est. Bald. etiam, & Salicetus malè intellexit Nicel. in tractatu de concordia glossa concord. 1. num. 19. versicolo secundo moderatur, non etenim ita, sed ut prefatorum Doctorum authoritas suaderet, ipse intelligendus est. Saliceti doctrinam minus rectam vocat Ripa d. c. sape, & Menoch. de adipis. poss. rem. 4. num. 71. qui suprà, à num. 869. hanc partem tuerit, & viribus defendi, qui licet ibi tract. de recuper. rem. 9. m. 321. in hæc dixisset (si appellatur à sententia in possessorio, quando una simul cum possessionis causa lata est sententia super restitutio fructuum) ubi ad hoc idem Bald. Afflictis, Covarr. Roland. & alios, quos mox citavimus: tam in d. rem. 4. nu. 870. ante fin. postquam relatos Doctores retulit, hæc addit (quos sequutus sum in tractatu de recuper. poss. rem. 9. n. 321. quo loci visus sum scribere, appellari etiam ratione possessionis, sed verò dicere volui appellari possit à sententia lata in possessorio, ratione fructuum, cum Bald. & jam citatos retulerim, & dictum Doctoris intelligi debet, secundum jura ab eo allegata, ut inquit Bart. in l. non solum §. liberationis verbo, n. 10. de liberatio. legato haec tenus Men. quo loci ut vides, libentissime discedit ab opinione contraria, quam sequi videbatur in d. rem. 9. de qua nos mentionem fecimus in disputatione questionis nostræ ad fin. posterioris partis, & hujus doctrinæ origo licet Bald. attribuitur; jam tamen idem docuerat Bart. in l. 2. num. 19. ff. de appell. recipiend. ut bene advertit. Men. in d. rem. 4. n. 870. & iterum Bartol. in l. si creditor. §. jussus, ff. de appell. n. 1. idem Bald. in conf. 141. ad fin. & in cons. 30. num. 8. & Salgado de Protect. Reg.

conf. 331. in princ. lib. 1. Hieron. Gra. conf. 35. n. 3. author commun. opinionum lib. 7. tit. 27. n. 6. refers Cæsar Ursil. ad Afflictum, ubi proximè, & decisio 269. n. 1. Jas. conf. 187. n. lib. 3. Petrus Surd. conf. 102. nu. 12. l. 1. Statilius Pacificus de Salviano interdicto, inspectione 4. cap. 2. nu. 4. Anton. Gomez. in lib. 45. Tauri, n. 194. vers. lib. mit. 2. Matien. in l. 9. tit. 7. lib. 4. compil. gl. 2. num. 4. idem in l. 9. tit. 7. lib. 5. à n. 3. Cæsar Contard. in l. unica, C. si de moment. poss. n. 6. & 9. & ex n. 23. usque ad 36. limit. 1. principalis, tandem doctrinam, & opinionem sequitur post alios Marant. de ord. jud. 6. p. titul. de appellat. num. 298. quod potest appellari à fructuum, damni, & intereste condemnatione in sententia possessorio, & tunc eorum respectu sententia suspendatur, non autem respectu possessorio; quia appellatio executionem possessorio non suspendit, Socin. in reg. 18. fall. ult. additio ad Capel. Tholos. ult. Jas. conf. 178. col. 2. vers. item quando, & cum Ripa Bal. Roland. & Menochio Christophorus de Paz in tractatu de tenuta, cap. 17. n. 61. & n. 2. Peregrinus de fideicommiss. art. 46. n. 49.

Qui omnes præcipue Roland. Afflictis, Covarr. & Maranta, & denique omnes citati advertunt, interim hoc casu suspendendam esse executionem sententia pro ea parte, ex qua fructuum restitutionem tangit; recte tamen eam exequendam esse pro ea parte, quatenus nudam possessionem tangit, & idem, quod de fructibus Doctores dicunt in interesse, & de utroque post Crescentium decis. 5. alias 120. de appellat. Marquesianum tract. de commiss. 2. p. c. 2. sub num. 60. Ruginellum tract. de appellat. §. 2. c. 3. nu. 72. 3. vers. in domini, Cæsar. Baiz. in decisione Boxonien. nu. 1. & 2. sequutus multitudinem, & Machinam, Contardus in l. unica, lim. 1. n. 28. & sub nu. 36. & alios, hanc sequutus est opinionem Sigismund. Scaccia de appell. quod. 17. limit. 6. memb. 9. num. 23. qui à num. 22. refert in hoc articulo tres Doctorum contrarias opiniones, tamen n. 31. hanc nostram verorem dixit, & communem, à qua in judicando recedendum non esse, quia habet aequitatem, & est favorabilis ad decurandas lites, dixitque n. 23. post Contardum, ubi proximè, n. 29. & n. 30. refert ita obtinuisse Rot. stylum, ut appellatio à sententia lata in causa possessionis momentaneæ, minime deferatur, respectu autem condemnationis fructuum, & interesse appellatione deferendum esse executa sententia possessionis, idem tenet post alios, quos citat Marques. in tract. de commiss. 1. p. cap. 21. à n. 32. cum sequentibus, fol. 236. pro quo vide, quæ latè infra, à n. 118. ubi hæc communis opinio declaratur.

Quæ doctrina, & opinio ampliatur, ut procedat, etiam respectu fructuum futurorum, quia si quis ita mittatur in possessionem, ut interim lucretur fructus, potest adversarius appellare. Scaccia ubi proximè, n. 34. Angel. conf. 2. 51. visus statutis sub num. 2. Maranta in Specul. p. 6. titu 2. principal. in verbo, & quandoque appellat. lim. 8. nu. 113. fol. 505. Minsing. in singular. observ. centu. 6. observa. 13. nu. 8. Achil. Perlonalis tract. de adip. poss. n. 343. versicolo redendo, f. 269. Ruginell. tract. de appellat. §. 2. cap. 3. sub n. 659. vers. appellabitur quoque in fin.

Quorum omnium virorum gravissimorum authoritas me movit ad hujus distinctionis membrum, licet rationem nullam reddant, sed sic simpliciter uni post alios transire, ego autem ea potissimum motus fui: nam quando in eadem sententia plures sunt causæ, & capitula separabilia, & distincta, tot sunt sententiæ, quot capitula & causæ diversæ, l. quædam mulier ff. famili. ericunda, quæ iisdem verbis transcribitur in l. Camelia Pia, ff. de jure patron. & l. ericundi à patre, §. 1. & ibi Alber. ff. de minorib. cap. cùm tempore, & ibi gl. in verbo capiul. in l. 1. n. 3. & 4. versicolo redendo, f. 269. Ruginell. tract. de appellat. §. 2. cap. 3. sub n. 659. vers. appellabitur quoque in fin.

T Augel.